UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Legatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

## *Legatus, vide Delegatus.*

## *Legitima, vide Hæreditas, Parentes, Religio.*

1. LEgitima, ſi filij plures quàm quatuor, eſt dimidium bonorum, quæ reliqua ſunt ſolutis debitis defuncti, & impenſa funeris; quod ſi non plures, eſt tertia tantum pars; atque id eſt quod inter omnes diuidendum neceſſario, eſt enim debitum filijs legitimis, eiſque mortuis, nepotibus legitimis. Debetur autem à matre etiam filijs naturalibus, non autem ſpurijs. Debetur, & parentibus legitima à filijs non habentibus filios, & fratribus ex parte patris, ſi quis infamem hæredẽ inſtituat, cum illi non eſſent ingrati. Quod ſi illis in teſtamento nihil eſſet relictum, eſſet nullũ: ſi autem minus legitima, ſupplendum.

*De hac re multa *Mol. d.* 177.

*Vide *Syl. verſ. Legitima portio. nu.* 1.

Si autem } *Syl. l. c. n.* 8. *l. omni modo. C. de in offic. teſt. Mol. l. c. col.* 1.

2 Non poteſt filiæ tolli legitima ſtatuto, ſecundum quoſdam, ſed poteſt ſtatui, vt ſit cõtenta dote ſufficiente, modo ne enormiter lędatur. Poteſt vero, ſecundum alios legitima ſtatuto minui, & ex cauſa tolli, ſed nõ alimẽta, nec dos: & quidem alicubi per primogenituram priuantur alij filij legitima.

*Vide *Syl. l. c. num.* 3. *Coua. in* 4. *Decret. p.* 2. *c.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN